Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lateinisch-deutsche Sammelhandschrift des Heinrich Otter - Cod. St. Blasien 77

Schera, Heinrich Otter de

[Italien, Konstanz], [1439-1442]

De missa

urn:nbn:de:bsz:31-51901

Visual Library

Expositio Misse

Missa fit legatione inter deum et homines cuius
legatione fungitur sacerdos vt preces et oblaciones populi
offerat deo omnipotenti . Missa dicitur quasi emissa quia in
corpore domini consecratur . cathecumini ab ecclesia depelluntur
ne diuina misteria sint sacramentis Altare vbi diuina
sacramenta conficiuntur signficat corda fidelium Chorus
dicitur concordia cantilene . Kyrie interpretatur domine eley-
son miserere Christe eleyson qui es vnctus tu domine
misereris nobis idest nobis Archangelis hominum in-
terceris omnium in choris Gloria in excelsis deo Ideo
cantamus vt ostendamus eundem deum colere in terris
quem angeli venerantur in celis Sacerdos salutat
populum dicens Dominus vobiscum . populus videt Et cum spiritu
tuo ideo cum spiritu hominis optatur esse spiritus sanctus quia in spiritu
rationali creatus est homo ad ymaginem et similitudinem
dei Si adest episcopus salutat populum . pax vobis . ondens
se esse vicarium Christi qui ait discipulis Pax vobis
Ostendens eos qui intersunt diuino officio absque
omni contencione sine discordie esse filios patris / hijs
premissis orat sacerdos ut eius oracio sit exaudibilis
apud deum Que dicitur ergo collecta a societate populi eo quod
colligitur in vnum ut cum sacerdote ordine fundant
addunt Cuius aut per dominum nostrum Ihesum Christum postu-
lat quod nos audi per filium tuum morte regalium
sumus / vt si nos peccatores non meremur audiri
ille tamen meretur exaudiri Qui tecum viuit
et regnat deus Quomodo viuit tecum . i . vnam sub-
stanciam tecum per omnia secula seculorum . i . in omnibus futu-
ris generaciones Amen est confirmatio super predic-
torum verborum et interpretatur vere tamquam videat populus
dicens vere oracione tua O sacerdos rectam esse
recognoscimus et vere deum tu eodem patre et spiritu
sancto confitemur et credimus Epistolarum lectio exhor-
tans et instruens populum ad salutem / Nota epistola
dicitur super missa super veteri testamentum et euangelium
Graduale et alleluia est vox laudis sicut Iohannes
in apocalipsi ait Audiui vocem dicentem alleluia
Sequencia est vox exultacionis et significat exultacionem
et leticiam eternam qua sunt sancti atque angeli

cordi jubilo resonantes Qui ewangelium legit fa-
ciem suam ad septentrionem vertit signans quod
verbum ad antixpm dirigitur qui nullum nouit fidei
caritatis feruorem Per aquilonem dyabolus ostendi-
tur dicit scriptura O lucifer qui dicebas in corde
tuo sedebo in lateribus aquilonis Per austrum qui est
calidus et lenis flat spiritus sanctus designatur qui corda
tangit et ad amorem diuinum inflammat Dyaconus
antequam ewangelium legat populum salutat ut deus eorum
corda ad suscipiendum verba eius aptare dignetur
Cui populus respondet Gloria tibi domine Christi dicat qui
nos ad tuam doctrinam dotes vite sanguine tuo
voluisti redimere Et hoc dicens crucem sua fronte
depingit ut ad intelligenda verba diuina animis
cogitationibus emundet Quia dominus dixit Jam vos
mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis
Ewangelium grece latine bonum nuncium interpretatur
Ut dicit sequencia seu ewangelium ostendit Cum vero
in fine libri plexo eius sacerdos salutat populum
adhortans secum orare dicens Oremus ut
eorum vota et oblationes acceptabiles fiant Cum
offert populus deo munera non quippe placetur mu-
neribus sed ut se deuotum et fidelem demonstret suo
saluatori qui non auro nec argento sed semet
ipsum obtulit hostiam viuam Cum autem aqua misce-
atur vino in calice per aquam populus per vinum sang-
uis Christi intelligitur Post oblationem thuris sacer-
dos imponit prunis quod per thus et thuribulum
debemus intelligere mundam hostiam sacerdotis
et actiones eorum Plinthon quod corporale dicitur

Misse inceptio tres varietates habuit / olim enim
a lectione incohabatur sicut adhuc in sabbatho
pasche. Romanus Celestinus papa psalmos et introitum
misse cantari constituit / Gregorius vero introitum
misse cantari ordinavit et unum versum de illo psal-
mo qui totus cantabatur / Psalmus enim cum cantu
in modum corone circumstantes concorditer continebat
et in choro de Flavianus Theodorus quod alternatim
cantent instituerunt ab istis hoc habentes qui super hoc
divinitus edocti fuit. Jeronimus psalmos
epistolas ewangelia et ex magna parte officia divina
et diurna et nocturna preter cantum ordinavit
Gelasius Ambrosius et Gregorius orationes et cantus
addiderunt et lectionibus et ewangeliis coaptaverunt
Gradualia tractus et alleluia. Hylarius addidit Glo-
ria in excelsis laudamus te etc. et ea que secuntur. No-
therus abbas sancti galli sequencias pro neumis
ipse alia plures composuit. Sed Nycolaus papa ad
missam cantari concessit. Calixtus papa in-
stituit ante pascha domini quadragesimale ieiu-
nium et ante natale tres ebdomadas et quatuor
tempora ab omni populo christiano instituit ieiunari
ob recordationem passionis et sedi adventus domini nostri
Jhesu christi. Hic petrus primus missa solum pater noster dixit
Alexander romanus instituit aquam aspersionis
cum sale benedici et in habitaculis hominum aspergi.
Hic ob passionem domini addidit in canone Qui
pridie quam pateretur usque hoc est enim corpus
meum. Hic etiam statuit ut aqua vino in missa
misceretur ad designandum unionem ecclesie et
christi et ut oblacio fieret ex azimo et in modica
quantitate / dicens hec oblacio quanto rarior tanto
preciosior / Sixtus natione romanus constituit ut
diceretur Sanctus sanctus sanctus sabaoth in missa et ut vasa
sacra non tangerent nisi ministris. Hic et consti-
tuit ut corporale altaris non fieret de serico sed
de purissimo lino contexto non tincto et ut mis

sacra vasa altaris et pallas non tangeret. Theles-
phorus constituit ut missam circa terciam nullus pre-
sumeret cantare et ympnum angelicum et ewangelium
ante sacrificium diceretur et in natali domini cantarentur tres
missas cum gloria in excelsis deo. Septem etiam ebdome-
das plene ieiunaret et mane clericus. Felix natione
romanus constituit super memoria martirum mis-
sas celebrare. Damasus natione hyspanus consti-
tuit ut psalmi die noctuque cantarentur et ut cho-
rus in duas partes divisi psalmos alternatim canta-
rent. hic etiam rogatu Jeronimi statuit ut diceretur
in fine psalmorum Gloria patri et filio et spiritui sancto. Inno-
cencius quidem decrevit ad missam pacis osculum
dari. Leo quidem doctor eximius addidit in canone
sanctum sacrificium inmaculatam hostiam. Gelasius
primus fecit oraciones tractus ympnos sicut ambrosius
et prefacionem misse apposuit Vere dignum et iu-
stum est cottidiano usui. Anastasius quidem consti-
tuit ut nullus clericus [illegible] officium suum
per vel odio vel rancore. Felix quartus constituit
ut in primis ante obitum suum in uigeliam. Vir-
gilius natione romanus ordinavit missam
celebrari in orientali parte. Gregorius quidem natione
romanus addidit in canone Diesque nostros in pa-
ce custodias. Sergius quidem constituit ut Agnus
dei ter cantaretur ad missam in confractione domini-
corporis. Celestinus quidem constituit ut Judica me
deus et discerne causam meam ante introitum misse
diceretur et psalmum david ante sacrificium psallerent
canendo anthyphonas quod ante non fiebat. Sed epistole
pauli tantum dicebantur et ewangelium et ex hoc cepit esse
introitus de psalmis et gradualia et sic offer-
torium ante sacrificium. Constituit etiam ut beata
maria theotocos id est mater domini appellaretur. Di-
citur etiam introitus ab introeundo quia per ipsum in-
troitur ad missam eo quod est principium misse
Amen etc. etc.

Finis est

Exemplum in missis celebrandis

Quidam namque cum quadam rupe argentum foderent subito rupis cecidit et funditus eos extinxit. Unus autem eorum subtus in quadam fissura ipsius rupis mortem euasit inde tamen exire non valuit. Uxor autem ipsius eum defunctum existimans omni die pro ipso missam celebrare faciebat et panem unum et vitrum vini cum candela cottidie offerebat. Cum dyabolus invidens per tres dies continuos eidem in forma humana apparuit et quo tenderet requisiuit. Cum ea ei sui itineris causam exponeret, ille aiebat: noli frustra venire quia iam missa celebrata est. Et sic illa tribus diebus missam intermisit nec ipsam celebrari fecit. Quidam autem postquam hec in predicta rupe argentum fodiens, quidam vocem audiuit desubtus dicentem: plane percucias, quia capiti meo imminet magnus lapis. Cum autem ille timeret et ad hanc vocem audiendam plurimos conuocasset, iterum fodit et similem vocem audiuit. Tunc omnes prius audientes dixerunt: quis enim es tu? Respondens dixit: plane faciatis, quia magnus lapis qui super me cadit. Qui a latere fodientes et ad eum usque peruenientes eum sanum et incolumem extraxerunt et sciscitantes quomodo ibi tam diu vixisset dixit quod qualibet die panis unus et vitreus vini cum candela accensa nisi tantum in tribus diebus oblatus sibi fuit etc. Uxor eius audiens et vehementer exultans agnouit quod de oblatione sua fuit sustentatus et quod dyabolus eam decepit ne illis tribus diebus missam cantari faceret etc.

Aliud Exemplum

Gregorius scribit quod cum quidam nauta in mari naufragium passus fuisset et quidam sacerdos pro eo hostiam ymolasset, ipse tandem de mari exiuit sanus. Cum autem qualiter euasisset interrogaretur, dixit quod cum in medio maris existeret et iam ipse fatigatus deficeret quidam ad eum venit et panem quandam sibi obtulit quod cum ille comedisset statim confortatus vires recepit et a quadam naui inde transeunte receptus fuit. Inuentumque est quod illa hora panem habuit qua pro eo sacerdos hostiam ymolauit etc.